

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

Articulus II. De notionibus & modo loquendi de Divinis Personis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73455](#)

ARTICULUS II.

De notionibus & modo loquendi de Divinis Personis.

SUMMARI A.

1. Quid sit notio?
2. Quo sunt notiones?
3. Origines non sunt notiones.
4. Disparitas inter innascibilitatem & ingenerabilitatem.
5. Innascibilitas an sit negatio?
6. Summa Personarum similitudo & equalitas.
7. Earendem rezygōnus, seu circumfessio.
8. Ejus vocis author D. Damascenus.
9. Regula predicandi absolute.
10. Regula predicandi singulariter, vel pluraliter.
11. Regula predicandi transcendentia?
12. Num & Ens dicuntur tam singulariter, quam pluraliter.
13. Non autem bonus & verum.
14. Quomodo Persona predicitur de singulis personis?

§. I.

Quid, quæ & quot notiones Divinarum Personarum?

1. **N**otio hic q. 32. a. 2. definit à S. D. quod sit propria ratio cognoscendi Personam Divinam, hoc est, ratio objectiva, tenuis se ex parte Personæ, per quam, veluti speciale notam & characterem, aliquam Personam Divinam cognoscimus, & ab alia secerimus. Quæ proinde quatuor exigit conditions. Primo ut significetur termino abstracto, quia sicut ratio formalis essendi, vel aliquid constitueri termino abstracto, ipsum verò constitutum termino concreto significatur; ita & ipsum cognitionis termino concreto, ratio verò cognoscendi melius termino abstracto exprimitur. Secundo, ut sit aliquid ad originem pertinens: omnis enim distinctio in Divinis ex relatione originis provenit. Tertio, ut non sit commune omnibus Personis: hoc ipso enim non est ratio distinguendi unam Personam ab altera. Quartio, ut pertineat ad dignitatem, eamque connotet, quia, ut habet S. D. q. 29. a. 3. ad 2. Persona est nomen dignitatis.

2. **Quinque notiones**, juxta eundem S. D. cit. q. 32. a. 3. & communem doctrinam Theologorum, ponuntur in Divinis. Nimirum innascibilitas, & paternitas in Patre: filatio in Filio, spiratio activa in Patre & Filio: processio, seu spiratio passiva in Spiritu Sancto. Cujus numeri hac est ratio. Cum notiones pertineant ad originem, tot sunt notiones in Divinis, quo sunt diversi modi & rationes originis, quibus & dignitas Personæ Divinae, & ejus altera distinctio nobis innotescit: sed ejusmodi diversi modi & rationes originis sunt quinque: ergo. Nam duplex in primis est ordo & modus originis; unus, qui vocatur, à quo aliis; alter, qui ab alto: illi ad activam, iste ad passivam originem pertinet. Quantum ad modum originis à quo aliis, sic est in Patre paternitas, quantum ad modum originis, qui ab alto, sic est innascibilitas, quæ significatur Patrem esse ingenitum, primum & fontale principium Personarum, seu principium sine principio. In Filio quoad rationem,

qui ab alio, est filiatio; quoad rationem, à quo aliis, sic est spiratio activa communis Patri & Filio. Tandem quoad modum originis, qui ab aliis, est in Spiritu sancto spiratio passiva, quantum ad ordinem, à quo aliis, nulla ulterior datur, cum productiones ad intra in Spiritu S. terminentur. Et hinc pater quinarius numerus notionum.

Intelliges ex dictis primò. Ipsas origines & generationem, nativitatem, non esse notiones, partim quia per illas non directè, & proxime ipsa Persona, sedactus notionalis ipsius innocentia, partim, quia non significat per modum formæ permanentis, sed quasi vialis & fluentis, & ita mutativitas Filii non quasi in facto esse, sed quasi in fieri denotat.

Intelliges secundò. Cur innascibilitas confituit notioneum; non item ingenerabilitas, vel inspirabilitas. Ratio nimirum est, quod innascibilitas negat omnem modum ab alio procedendi, adeoque significat dignitatem primi fontis principii, qua non nisi primo supposito infinite & Divina intelligentia convenire potest. Ingenerabilitas verò, vel inspirabilitas tantum negat, quem speciale & determinatum modum ab aliquo procedendi, quod etiam reperitur in creaturis, & ideo non significat dignitatem.

Neque resert, quod innascibilitas sit negatio, negatio verò non sit dignitas. Nam esto, quod in modo significandi innascibilitas formaliter dicit negationem; adhuc tamen pertinet ad dignitatem, quia ex parte rei significata importat fundatum hujus negationis, quod connotat dignitatem: neque enim notio ipsa debet esse dignitas, sed dignitatem denotare & manifestare.

Quæris, quodnam sit hujus negationis fundatum? Resp. esse ipsammet paternitatem, prout in ratione formæ hypothetica primò terminat Divinitatem: atque ita connotat naturam Divinam, ut à se habitan, facitque, quod Pater habeat primatum originis, sive fontale principium tum communicativum Deicitum, tum productivum Filii & Spiritus S.

§. II.

Divinarum Personarum similitudo, equalitas, & mutua inhabitatio.

Divinas Personas sibi invicem simillimas & coquales esse doceat fides in Symbolo Athosiano. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus S. & tres Personæ coeteræ sibi sunt, & coquales. Ratio utriusque est manifesta: quia quoniam magis aliqua convenienter in una forma, tanto sunt similiora, & quoniam magis sunt ad invicem commensurata absque unius excessu super alterum, tanto major est inter illa & qualitas: sed Divina Persona tam in natura, quam omnibus perfectionibus simplicissime per identitatem convenientem, nec reputatur in illis unius Personæ excelsus super alteram, neque quoad perfectionem, neque quoad durationem: uti elegantissime expressit D. Augustinus.

l. 6. de Trinit. c. 10. In summa Trinitate
unum est una, quantum tres simul sunt; nec plus
simil sunt dñe quæm una, & in se infinita sunt.
Et singula sunt in singulis, omnia in singulis,
& singula in omnibus, & omnia in omnibus, &
una omnia.

Huc pertinet intima & mutua Personarum in-
essentia, quam Scholasti circumscriptionem
Graci perchoris vocant. Hac quippe vox sig-
nificat intimam & vitalem immanentiam unius
Personæ in altera: quam illarum qualibet ex du-
o capiatur obtinet, primo propter identificatio-
nem eam essentia: in quo enim intimius aliquid
esse potest, quam ubi est sua essentia? Secundo
ratione originis: dum enim persona producatur
procedunt per modum termini immanentis, qua-
libet Persona producens est in producta, seu
principium in termino; & qua libet producta est
in producente tanquam terminus in principio.
Unde Joan. 10. Christus dixit: Pater in me est,
& ego in Patre. Et Ecclesia in hymno: In Patre
tunc Filius, & totus in Verbo Pater.

Primus, qui haec voce ~~modis~~ usus fuit,
videtur esse Damascenii l. 3, fiduci. c. 5. Res ta-
men ipsa è p̄ allegato Evangelii Verbis pridem
ante à SS. PP. agnita arque exposta: è quibus
antiquissimus Doctor D. Dionysius de Divin. no-
min. c. 2. inquit. *Divina, celestiaq[ue] lumina tota
in uno esse: & Cyrillus l. 1. Thel. c. 8. hypothesi
Filius in hypostasi patris, sicut solis splendor est
in sole.*

§. III.

Modi predicandi de Divinis Personis.

Quia teste S. Hieron. citato à S. Th. q. 31. a. 2.
Quiam ex verbis inordinatis prolatis heresis in-
currit, id est cum magna cautela loqui oportet
de mysterio SS. Trinitatis; propterea breviter
agendum de modo loquendi, & predicandi, in
Divinis. Et quidem in primis de modo predi-
candi absolute ponimus sequentes regulas.

Prima est. *Adjectiva notionalia possunt praedi-
cari de essentia libit in concreto sumptis. Vera
enim est hoc propositio, Deus generat, quia
Deus pater generat. Non autem de essentia libit
ab abstracto: falsa enim sunt istæ. Essentia
generat, Deitas spirat.* Ratio est, quod si enim adjecti-
væ accipiuntur (veluti illa, quæ ex modo signifi-
candi sunt adjectiva, accipi possunt) nil prohibet,
quia pluraliter dicantur. Unde in codem
Symbolo Athanasii dicitur: *totæ tres Personæ coe-
ternae sibi sunt: ubi ly coeterum non ut prius sub-
stantivæ, sed adjectivæ accipiuntur. Rationem dif-
ferentem accipe à S. Doctore q. 39. a. 3. Quia sin-
gularitas vel pluralitas nominis substantivæ atten-
ditur secundum formam per nomen significatam;* in
adjectivis vero singularitas vel pluralitas secun-
dum supposita; hinc dicitur unus Spirator, sed
duo Spirantes, unus Deus, sed tres habentes
Deitatem.

Secunda est: *Quia Divinis Personis convenient
præcisè ratione proprietatis personalis, tantum
pluraliter, non singulariter de omnibus dicuntur.* Ratio est opposita priori: nempe quæ conve-
niunt ratione proprietatum personalium, conve-
niunt ratione aliquæ multiplicabilis: ergo non
singulariter, sed tantum pluraliter dici possunt.
Ideo non dicitur in Divinis una Persona, & hypo-
stasis, sed tres Personæ & hypostases: ipsa tamen
proprietas personalis, sicut non nisi unam Per-
sonam constituit, ita neque singulariter de omnibus,
neque pluraliter de singulis, sed singulariter de
unica dicitur. *Sic unus est Pater, unus Filius,
unus Spiritus.*

Unde falsa est hac propositio. *Paternitas est
communicabilis*, quia communicabilitas convenit
essentia, ut virtualiter distinctæ ab omni no-
tionalitate.

Tertia. Signa universalia vel particularia,
omnis, aliquis, nullus, incepere & falso jungantur ter-
mino essentiæ, quis enim seruat dicentem: *Omnis
Deus creat?* bene tamen junguntur Personis.
Verum enim est: *Quaelibet Persona est ens à se,*
aliqua Persona est Filius, &c.

Quarta. *Dicitio exclusiva solus, tantum non
potest adjungi termino personali respectu actus
essentiæ; potest autem adjungi respectu prædi-
cati notionalis. Ratio est manifesta: quia abso-
luta sunt communia; non autem notionalia. Un-
de ista quidem patiuntur exclusionem alterius
Personæ, non autem illa: ita solus Pater generat,
non autem solus Pater creat.*

De modo singulariter vel pluraliter prædicandi 10;
sunt regulæ sequentes.

Prima. *Prædicata, quæ Personis Divinis ra-
tione solus essentia conveniunt, substantivæ ac-
cepta non nisi singulariter prædicantur. Colli-
gitur ex Concil. Toletano secundo supra citato
dicente: *Hoc solum numerum insinuat, quod ad
invicem sunt, & in hoc numero carent, quod
ad se sunt.* Ratio est, quod Personis convenient
ratione aliquæ immultiplicabilis, est immultipli-
cabile, sed quæ convenient ratione Divina es-
sentiæ, convenient ratione aliquæ immultipli-
cabilis. ergo: ideo ex Symbolo Athanasii in Divi-
nis non tantum non dicuntur *tres Dei, tres Do-
mini*, sed neque *tres eterni, omnipotentes*, neque
secundum S. August. supr. cit. *tres magni, aut tres
boni*. quia hæc omnia prædicata Personis conve-
niunt ratione essentiæ.*

Dixi, *substantivæ accepta*, quod si enim adjecti-
væ accipiuntur (veluti illa, quæ ex modo signifi-
candi sunt adjectiva, accipi possunt) nil prohibet,
quia pluraliter dicantur. Unde in codem
Symbolo Athanasii dicitur: *totæ tres Personæ coe-
ternae sibi sunt: ubi ly coeterum non ut prius sub-
stantivæ, sed adjectivæ accipiuntur. Rationem dif-
ferentem accipe à S. Doctore q. 39. a. 3. Quia sin-
gularitas vel pluralitas nominis substantivæ atten-
ditur secundum formam per nomen significatam;* in
adjectivis vero singularitas vel pluralitas secun-
dum supposita; hinc dicitur unus Spirator, sed
duo Spirantes, unus Deus, sed tres habentes
Deitatem.

Secunda est: *Quia Divinis Personis convenient
præcisè ratione proprietatis personalis, tantum
pluraliter, non singulariter de omnibus dicuntur.* Ratio est opposita priori: nempe quæ conve-
niunt ratione proprietatum personalium, conve-
niunt ratione aliquæ multiplicabilis: ergo non
singulariter, sed tantum pluraliter dici possunt.
Ideo non dicitur in Divinis una Persona, & hypo-
stasis, sed tres Personæ & hypostases: ipsa tamen
proprietas personalis, sicut non nisi unam Per-
sonam constituit, ita neque singulariter de omnibus,
neque pluraliter de singulis, sed singulariter de
unica dicitur. *Sic unus est Pater, unus Filius,
unus Spiritus.*

Tertia. *Prædicata, quæ partim ratione effen-
tiæ, partim ratione proprietatum personalium
conveniunt, illa tam pluraliter: quæm singulariter
in Divinis dici possunt: sic dicimus primò,
unam trium Personarum subsistentiam absolutam,*
in quantum significat perfectatem independentiæ,
& tres

& tres *substantias relativas*, acceptas videlicet pro perleitate incommunicabilitatis. Dicimus secundum, Divinas Personas esse unam rem & entitatem, & esse plures res & entitates. Unam rem & entitatem, secundum realitatem essentiae, plures secundum entites & realitates relatives, quae utique sunt quidditates opposita non enti, vel enti factio, adeoque vera entites & relatives.

Sed quomodo praedicta transcendentia, Ens, Unum, Verum, Bonum, singulariterne, an pluraliter dicuntur in Divinis?

11. Respondeo primò. Ens singulariter & pluraliter dici posse. Potest ly Ens, significare vel *concreta existentiae*, hoc est essentiam & quidditatem, qua habet esse, vel ordinatur ad esse; vel *concreta entitatis*, hoc est, quidditatem oppositam non enti vel enti factio. Si primo modo accipitur, confat ens non posse pluraliter dici, quia actus existentiae secundum dicta non multiplicatur relativè. Si accipitur secundo modo, potest pluraliter dici, quia qualibet relatio est quidditas opposita non enti, vel enti factio, & sic verum est, quod sunt tria entia.

12. Respondeo secundò. Unum dici possit tam pluraliter, quam singulariter: singulariter, ratione essentiae, & sic dicimus. SS. Trinitas unus DEVS, tres personæ, una essentia: Et Christus Ioh. 10. Ego & Pater nnum sumus. Ubi adnotante D. Augustino ly *unum* substantivè prolato significatur essentia unitas, in ly *sumus* pluralitas Personarum. Sumus enim non diceret de uno: sed *unum* non diceret de diversis. Pluraliter, ratione

singularum Personarum, cum numerus non sit absque distinctione unitarum. Et sic dicimus, *unam essentiam esse tres Personas*, & tres unitates relatives. Non tamen (ut advertit S. D. q. 30. a. 4.) dici possunt *triaindividua*, quia individuum est individuum in se, & dividum a quovis alio locum divisionem naturæ, qualis non est in Di-

vinis.

Respondeo tertio. *Verum & bonum* non pleriliter dici in Divinis. Et de bono constat ex aliis dictis, ubi bonitatem & perfectionem relatum negavimus in Divinis: Cum ergo bonitas relationibus non nisi ratione esse Divini absoluta se inclusi conveniat, multiplicari non potest; ideoque cum S. August. ibidem *tres bonus sublati* tive dici posse negavimus. Idem afferendum est de vero. Nam veritas idem hic est, quod cognoscibilis entis, sed haec multiplicari nequit, quia convenit Divinis Personis ratione actus poni, & essentiae immaterialissime, que multiplicatione non patitur.

Si tandem petas, quomodo ly *Personas* singularis Personis dicatur? An videlicet univocè per modum generis, vel speciei? Respondeo negando: quia non potest in Divinis perfectè praescindere ratio communis & qualiter participabilis à aliis inferioribus. Igitur hoc praedicatum habet sibi potius per modum individui vagi, imperfectè abstrahibilis à suis inferioribus, quod significet distinctionem ex parte naturæ, & distinctionem modo subsistendi.

DISPUTATIO XXVI.

DE

Divinis Personis in specie.

Ad q. 33. usque ad 39.

Post tractationem eorum, quæ ad cognitionem Divinarum personarum generaliter pertinent, superest illa quoque expendere, quæ De Divinis Personis singularibus in questionem veniunt, quibus expositis totum tractatum in Divinis milibus cum Angelico Doctore in q. 41. absolvimus.

ARTICULUS I.

De nominibus primæ & secundæ Personæ.

SUMMARIUM.

1. *Triapropria nomina prime Personæ, & prima Pater.*
2. *Quo sensu propriè dicatur principium?*
3. *An etiam conveniat nomen Authoris?*
4. *Quo sensu dicatur ingenitus?*
5. *Secunda Persona proprie Verbum & Filius,*
6. *Item imago.*
7. *Nomina appropriata Patris & Fili.*

§. I.

Nomina prime Personæ.

1. *Tria sunt nomina, qua prima persona in Divinis tribuuntur: Pater, Principium, & Ingenitus. Pater dicitur, non cù solùm ratione, quâ*

Pater creaturatum & omnium illarum est conditor, quæ translatia acceptio paternitatis communis est toti Trinitati; neque prout per gratiam sanctificantem creaturas rationales adoptat filios, cùm & istud communis omnibus Personis sed quia aeterna generatione Filium sibi consubstantiale producit.

Principium quoque dicitur, non solum sub communi ratione principii, sive ad extra, quod rursum toti competit Trinitati; sive ad intra, quod etiam Filio convenit, sed antonomasticè, tanquam principium sine omni principio, non modo causante, in quo à creaturis; sed etiam producente, in quo à reliquis Personis secessnit.

Sed